



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

hoc ipso anno sic habent: Quidam inter peccatorum confessionem cecidit intermortuus; adhibentur illico medicamenta quæ hominem restituant, & ad vitæ reducant officia. Cùm inania, & inertia essent omnia; ad extrellum factosandi Euangelij lectione mirabiliter reuiuiscit. Rogatus postea, in ea animi defectione si quid ei accidisset; respondit: Delatum se esse cuiusdam judicis ante tribunal, vbi ab alijs accusaretur, defendetur ab alijs: in eoque iudicio grauem apparuisse Matronam, specie decoram, & misericordiam pietateque præstantem; quæ nescio quid in aures iudicis insinuans, oculis sese huiusmodi intueretur, & animum spe coniploret. Sic ibi.

Crufessio

940 Legionenses autem ait: quod cum sacramentum pœnitentiae quidam nescio ubi locorum perperam adhiberet, visus sibi se videre cœli Reginam irato quasi vultu imperare ut certo quodam in loco ad statam horam adeslet, ac Patribus istic repertis conscientiam universam animo canido aperiret. Paruit: & eo in loco apud Patres Societatis conscientiam expiauit.

A N N O M D L X X X V I .

941 Tam olim à suis magistris in Scholis nostris didicerat, ut consultricem Deiparam ubique inops consilij adhiberet. Patauinus quidam gymnasij nostri alumnus, qui (ut literæ de illo perhibent) cum magnis conficeretur solicitudinum aculeis, scrupulisque ex recordatione vitæ prioris, nullamque animo proflus ægro & fauio quietem capere posset, spem omnem salutis suæ in Beatissimæ Virginis præsidio repositam habebat. Ergo eam precatur suppliciter, orat, ut ferat laboranti opem, mæstoque succurrat: ei se commendat etiam

*Illam
pro aduo-
cata ha-
bere.*

*In Scrupu-
lis, il-
lam con-
suler e.*

etiam atque etiam quotidie . in quo cùm perseueraret studiositatis , hanc sibi vocem articulatè ad aures peruenisse commemorat ; Noli , fili , amplius cogitare de peccatis tuis . Quo audito , impetratae spe veniae sese erexit ; omnisque quā vrgebatur cura continuò refedit .

942 P. Ioannem Ramirium hoc anno 4. Aprilis extinctum , anno 1575 . vehementes calculi dolores ad lanienæ experimentum vrgebant . Sæuanum carnificina visa ; eoque abstinendum illâ esse censuere Patres à Rectore consulti . At Rami-
rius coram Deiparæ imagine consilium à Matre , quæ est solarium afflictorum petijt , deberethne rem tanti doloris ac periculi plenam experiri ? Annue-
re visa imago Deiparæ . Sed suspectos oculos suos habens Ramirius , quasi errarent , rogare Virgi-
nem institit : ecquid consilijs capessendum ; adhi-
benda laniena , nec ne ? Demittere visa est . imago caput profundius , vt certius annueret , ac Ioanni dubitationem eximeret . Ergo ille tacito Virginis consultricis , & annuentis consilio , rem Rectori haec tenus id non probanti , hic Patribus ad con-
sultandum proponit : & mutata sententiâ visum instinctu interno omnibus , vt adhibeatur etiam tam dura carnificina . Adhibita est , & suc-
cessit .

943 P. Iacobum Benedictum Deiparæ impensè ob. 1586.
addictum , Deipara Virgo (ut probabilis opinio est) in cubiculo visitauit , cumque mutuis collo-
quijs ad teneriorem cultum accendit . 37. Dec.

ANNO MDLXXXVII.

944 Anno 1587. narrant annuat Legionenses , quendam , qui duodecimum iam annum agebat Rosarium B. V.
Rosario Deiparæ quotidie percurrente addictus , ita .

Valetudi
nis sue
curam
illi com-
mittere.

Imago
B. V.

ob. 1586.
37. Dec.